



Index Librorvm Prohibitorvm Alexandri VII

Alexander

Romae, 1667

LXXXVIII. Feria v. Die 18. Maij 1666.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-81440](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-81440)

Indictione tertia, die verò 2. mensis Octobris, Pontificatus autem Sanctiss. in Christo Patris, D. N. D. Alexandri, diuina Prouidentia Papæ VII. anno undecimo, supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, Cellariæ Apostolicæ, ac in acie Campi Floræ, ac in alijs locis solitis, & consuetis Virquisitionis Cursores.

ROMÆ Ex Typographia Reu. Camera Apostolica 1665.

LXX XVIII.

Feria v. Die 18. Maij 1666.

In Congregatione Generali Sanctæ Romanæ, & vniuersalis Inquisitionis habita in Palatio Apostolico Montis Quirinalis, coram Sanctissimo D. N. D. ALEXANDRO diuina prouidentia Papæ VII. ac Eminentissimis, & Reuerendis DD. Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, in tota Republica Christiana aduersus hæreticam prauitatem Generalibus Inquisitoribus à Sancta Sede Apostolica specialiter deputatis.

SANCTISSIMVS D. N. post latum Decretum die xxiij. Septembris proxime elapsi, quo viginti octo Propositiones damnatæ fuerunt, examinatis sedulo, & accuratè usque ad hanc diem infra scriptis alijs quadragessimis quintum numerum implentibus, per plures in Sacra Theologia Magistros, ac per Eminentissimos, & Reuerendissimos DD. Cardinales aduersus hæreticam prauitatem Generales Inquisitores, eorum suffragia singillatim super unaquaque ipsarum audiuit.

Propositio 29. In die Ieiunij, qui sæpius modicum quid comedit, etsi notabilem quantitatem in fine comederit, non frangit Ieiunium.

30. Omnes officiales, qui in Republica corporaliter laborant, sunt excusati ab obligatione jejuniij, nec debent se certificare, an labor sit comparabilis cum jejunijs.

31. Excusantur absolute à præcepto jejuniij omnes illi, qui iter agunt equitando, utcumque iter agant, etiam si iter necessarium non sit, & etiam si iter unius diei consistat.

32. Non est euident, quod consuetudo non comedendi oua, & lacticia in Quadragesima obliget.

33. Restitutio fructuum ob omissionem horarum suppleri potest per quicumque Eleemosynas, quas antea Beneficiarius de fructibus sui beneficii fecerit.

34. In die Palmarum recitans officium Paschale, satisfacit præcepto.

35. Vnico officio potest quis satisfacere duplici præcepto pro die præsentis, & crastino.

36. Regulares possunt in foro conscientie uti privilegijs suis, quæ sunt expresse reuocata per Concilium Tridentinum.

37. Indulgentiæ concessæ Regularibus, & reuocatæ à Paulo V. hodie sunt reuolatæ.

38. Mandatum Tridentini factum Sacerdoti sacrificanti ex necessitate cum peccato mortali, confitendi quamprimum, est consilium, non præceptum.

39. Illa particula *quamprimum* intelligitur, cum Sacerdos suo tempore confitebitur.

40. Est probabilis opinio, quæ dicit, esse tantum veniale osculum habitum ob delectationem carnalem, & sensibilem, quæ ex osculo oritur, secluso periculo consensu ulterioris, & pollutionis.

41. Non est obligandus concubiniarius ad ejiciendam concubinam, si hæc nimis utilis est.

INDICES
Librorum
PROHIBITORUM
E. V.
= 4.

utilis esset ad oblectamentum concubinarum, vulgo *regalo*, dum deficiente illo, nimis aegre ageret vitam, & alia epulae tœdio magno concubinarum afficerent; & alia famula nimis difficile inueniretur.

42. Licitum est mutuantibus aliquid ultra sortem exigere, si se obliget ad non repetendam sortem usque ad certum tempus.

43. Annuum legatum pro Anima relictum, non durat plus quam per decem annos.

44. Quoad forum conscientiae, Reo correcto, ejusque contumacia cessante, cessant censurae.

45. Libri prohibiti donec expurgentur, possunt retineri, usque dum adhibita diligentia corrigantur.

Quibus maturè pensatis, idem Sanctissimus statuit, ac decrevit, praedictas Propositiones, & unamquamque ipsarum, ut minimum tanquam scandalosas esse damnandas, & prohibendas, sicut eas damnat, ac prohibet: Ita ut quicumque illas, aut conjunctim, aut diuisim docuerit, defenderit, ediderit, aut de eis etiam disputatiuè, publicè, aut priuatim tractauerit, nisi forsan impugnando, ipso facto incidat in excommunicationem, à qua non possit (praeter quam in articulo mortis) ab alio quacumque etiam dignitate fulgente, nisi à pro tempore existente Romano Pontifice, absolui.

Insuper districtè in virtute sanctae obedientiae, & sub interminatione Diuini Iudicii prohibet omnibus Christi fidelibus cuiuscumque conditionis, dignitatis, ac status, etiam speciali, & specialissima nota dignis, ne praedictas opiniones, aut aliquam ipsarum ad praxim deducant.

Ioannes Lupus Sanctae Romanae, & Vniuersalis Inquisitionis Not.

Loco † sigilli.

Anno à Natiuitate D. N. IESV Christi millesimo sexcentesimo sexagesimo sexto, Indictione quarta, die verò 23. mensis Martij, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, D. N. D. Alexandri, diuina Prouidentia Papae VII. anno undecimo, supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valuas Basilicae Principis Apostolorum, Cancellariae Apostolicae, ac in acie Campi Florae, ac in alijs locis solitis, & consuetis Urbis per me Carolum Melanum ejusdem Sanctiss. D. N. Papae, & Sanctissimae Inquisitionis Cursorem.

ROMAE, Ex Typographia Reuerenda Camera Apostolica. 1666.

LXXXIX.

DECRETVM

Sacrae Congregationis Eminentissimorum, ac Reuerendissimorum DD. S. R. E. Cardinalium à Sanctiss. D. N. ALEXANDRO Papa VII. Sanctaeque Sede Apost. ad Indicem Librorum, eorumdemque permissionem, prohibitionem, expurgationem, & impressionem in vniuersa Republica Christiana specialiter deputatorum ubique publicandum.

SACRAE Indictis Congregationis decreto damnati, prohibiti, ac respectiue suspensi fuerunt infrascripti omnes Libri, vbicumque & quocumque Idiome impressi, imprimendive. Nemo cuiuscumque gradus, & conditionis eos imposterum, vel imprimat, vel legat, vel retineat. Si quis interim habuerit inquisitoribus, seu locorum ordinarijs à praesentis Decreti notitia tradat sub poenis in Indice Librorum prohibitorum contentis.

LIBRI SVNT.

Alberto Magno (sic falso inscribitur quidam Libellus) diuiso in tres Libri.
Anonymi cuiusdam Liber, inscriptus, Theologia Moralis Iesuitarum.

o o 4

Amadei